(2) Sucesor de Menendo († 22 Mayo, 1167). Menendo fué el primer abad de la colegiata de San Isidoro de León, como lo advierte su epitafio, publicado en el tomo VIII del BOLETÍN, pág. 354.

(3) Fué abad de San Pedro de Eslonza entre los años 1171 y 1198, según aparece del cartulario del monasterio.

(4) Por ventura un año antes.

in unaquaque ebdomada unum diem ponere; panem et vinum collec[tum ut afferant in u]noquoque mense debent ponere duos dies. Eti[am] dare per forum medium estopum (1) tritici, et modium de *centeno*, et singulas *terrazas* vini, [et] singulos lumbos qui porcum occiderit, et inter du[os] arietem de duobus dentibus bonum, et qui arietem non habuerint dent XIIII nummos. Et qui cum uno bove araverit, det mediam portionem; et qui bovem non habuerit, persolvat VI panes et mediam terrazam vini et unum lumbum aut unam gallinam.

Et Prior sancti Michaelis debet illis dare in illis diebus in quibus laboraverint a vino collecto usque in Pascha medium panem de *trigo* et medium de *centeno* et singulas taga[ntes] (2); a Pascha usque ad vinum collectum ad prandium pulmentum de ortis et fructum; at (3) etiam quando voluerit, det eis carnem aut vinum, [tr]es devesos et sotos, et usque quator vel quinque pelagos (4). In ceterum flumen bibant (5) omnes.

Omnes fractiones sint monasterii; [ita] ut [ubicu]mque voluerit senior, faciat molendinum. Homines ponant molendinos, ubi senior non posuerit. Ut vero possent sotos taliare vel stirpias [secar]e convenerunt omnes ut darent seniori quintam partem molendinorum quibus ibi fecerint. In monte super val de spino solumodo pascaut erbas.

Quisquis [volu]erit discedere de solo habeat novem dies et deferat suum habere mobile, hereditatem nullam deferat. Si fecerit calumpniam, persolvat [eam] antequam discedat. Si autem aliquis sine novem diebus descesserit, si senior in fugam eum capere potuerit, prendat ei omnia que habuerit.

Inter se vendant hereditatem et supignorent sicut est forum. Si aliquis ex necessitate famis hereditatem amiserit, redeat quando voluerit liber; sed si senior calumpniam fecerit, persolvat eam

---

(1) Cuartillo de celemín, que en gallego se llama escudilla. Ducange registra las formas *staupus* y *stoupus* con la significación de صحفة *(tsahafa)*, zafa, escudilla.

(2) Tajadas de carne.

(3) Original: «ad».

(4) Tres dehesas y sotos, y hasta cuatro ó cinco regatas.

(5) Original: «vivant».

quando venerit. Maiorinus monasterii [si ha]veret in unaquaque villa sagionem et dabunt ei; nec de maioribus nec de minoribus usque ad annum, alium non dabunt ei. Si deposuerit post duos vel tres menses, persolvat unam rejam; si post medium annum medium arietem. Si annum integrum, arietem unum. Si calumpniam [ve]xaverit pectet eam. Si senior quesierit aliquam calumpniam, det fidiatorem in quinque solidos et senior non prendat casam ei nec g[anatum]. Si vero fidiatorem non dederit, prendat ganatum eius. Si ganatum non habuerit prendat casam; si casam non habuerit prendat corpus eius. S[i duo aut]tres fratres in unum habitaverint unum forum faciant. Si vero per eminam aut colodram aliquis eorum cum aliis diviserit, statuimus q[uod] forum faciant.

Siquis ad mortem habuerit equm vel equam aut mulum vel mulam, senior meliorem in nucium. In omni honore currat manaria qui filium aut [filia]m non habuerit.

Siquis vulnus fecerit aut aliquem percusserit, senior accipiat vocem, quamvis ei non detur. Si contingerit interficere exquirant in [habita]toribus, si in villa in videntibus, si in nocte dent salvam. Super hec omnia nec panem nec vinum dent seniori nec maiorino nec sagioni, nisi [levave]rint. Si extra villam seniorem vel maiorinum aliquis ad aliquam causam levaverit, procuret eum. Si quis ad vocationem serne per negligentiam non venerit [aut] opus bene non fecerit, pectet unum arietem per manum trium vel quator bonorum virorum. Qui vulnus fecerit in loco sine ira non pectet eam. Tertiam partem [de] calumpnia dimittimus propter amorem dei.

Sagio habeat suum [saionicium], et stet super operarios donec opus perficiatur; vacarius (1) non faciat senram in die serne.

Siquis habuerit filium aut famulam et fecerit calumpniam et inde discesserit et ad domum parentis vel senioris non redierit, de eo non respondeat; sed si redierit, [tunc] respondeat. Infans usque vero dentes mutaverit non pectet calumpniam. Juvenis qui mulierem acceperit et filios non habuerit non faciat forum

(1) Vaquerizo.

usque ad annum, et quando colle[gerit] pa[nem] aut vinum tum faciat forum. Vidua mulier det *osas* (1) et separationes; et contra, [virgo] solvat. Si pecuniam diviserit, et si episcopus eos.....

De egresso a veritate sua, *in tempore imperatoris et infantisce domne Sancie sicut consuetudo fuit*, ita redeat.

Rex Fernandus pro anima sua et [paren]tum suorum dat populatoribus sanct Michaeli de Scalada atque dimittit ut non eant in fonsado neque d[ent] fonsaderia.

Et siquid oblivioni traditum est et hic non scriptum, secundum forum terre dent, et in pace vivamus.

Facta carta Era M.ª CC.ª XI.ª Rege domno Fernando regnante in Legione et Gallecia et Asturiis et Stremadura, Johanne Albertini in Legione episcopo existente, Fernando roderici in eadem villa dominante, Alvarus roderici maiordomus.

Petrus Roderici, Guterius Roderici, confirmant. Fernandus roderici, Pelagius tablatelli, Petrus Didaci, Sancius Didaci, Nunnus Menendiz, Froila ramiriz, Garcia ramiriz confirmant.—Qui presentes fuerunt: Petrus testis, Dominicus testis, Pelagius testis. —Johannes notuit.»

Facta presens carta renovationis et confirmationis in mense Septembri Era M.ª CC.ª LXXX.ª III.ª Regnante [domno] Fernando in Legione et [in Castella, in Toleto, in Corduba, in] Murcia et in Badalloz cum matre sua regina Berengaria et cum uxore sua regina Johanna et cum filio suo Alfonso, Nuno [Alvariz] episcopo Legionis, [Ra]miro frolaz tenente Rodam et Mansellam.

Ego Guigo, Prior sancti Michaelis de Scalada, hanc cartam roboro et confirmo.—Ego Gervasius canonicus conf. —[Ego Ger]aldus canonicus conf.

Et nos homines de toto honore sancti Michaelis de Scalada hanc cartam roboramus et confirmamus. Testes qui fuerunt [presentes] (2).

La copia *romanceada* de este precioso documento; que en 1852 nuestra Academia poseía, debió pasar con él al Archivo histórico

---

(1) Calzado en tributo al Señor por el permiso de contraer matrimonio.

(2) No se registran por esta copia latina y contemporánea de la renovación del fuero, que mandó hacer el prior Guigo, los nombres de los testigos.

nacional, donde ahora no se encuentra. Habrá que buscar uno y otra en el Archivo municipal de San Miguel de Escalada. Forman este lugar y el de Valdavasta un núcleo de población, adscrita al ayuntamiento de Rueda del Almirante. Otros 25 lugares poseía el monasterio desde edad muy remota, y á todos ellos se extendían los fueros, que fueron probablemente modificados por la infanta Doña Sancha, cuando introdujo en Escalada canónigos reglares, ó transformó en priorato canonical de San Rufo la abadía benedictina.

En la confirmación, que el Rey D. Fernando II hizo del fuero después de haber visto la pesquisa que encomendó á los abades de San Isidoro de León y de San Pedro de Eslonza, consigna terminantemente que se hayan de guardar, en lo tocante al castigo de la falsía, así como rigieron en tiempo del emperador su padre y de la infanta Doña Sancha; la cual no dejaría de consignarlo en el fuero más extenso que hubo de otorgar en 1155.

Véase el documento **9**.

13.

Año 1177. Pelayo Ibáñez y su mujer é hijos hacen entrega de un prado con su tierra que tenían en Valdavasta al prior Esteban. — Archivo histórico nacional, *Escalada,* documentos particulares, 4.

XPS. In dei nomine. Ego Pelagius iohannis et uxor mea (1) una cum filiis meis a vobis priori stephano et canonicis sancti micaelis facimus vobis cartulam de uno prato cum sua terra que habemus in valda vasta; de una parte presa *que va per al porto*, et de alia parte carrera que discurrit a cannones. Ita ut de hodie die de tempore vel iuri nostro sit abraso et in vestro dominio tradito atque confirmato; habeatis teneatis vendatis possideatis et faciatis inde quodcumque volueritis. Si quis tamen aliquis homo ad disrumpendum venerit vel venerimus, quisquis ille fuerit, tam de nostris quam de extraneis, qui talia comiserit sit maledictus et excomunicatus et cum iuda proditore in inferno dampna-

(1) Nombre en blanco.

tus, et insuper pariat illo prato cum sua terra duplato vel triplato in simili tali loco, et qui vestre voce pulsaverit in quoto c^{m} morabetinos aureos.

Facta karta donacionis et confirmacionis in era M^{a}CC^{a}X^{a}V.^{a}, Regnante rex fernandus in legione et in gallecia, Adefonsus in toleto et in castella; Episcopus iohannes in sede sancte marie.

En este año á 1.° de Marzo se fundó el templo de Santa María de Gradefes, cuyo diseño trae el Sr. Quadrado, epilogando la historia de este monasterio de monjas del Cister (1), y copiando la inscripción: *Era MCCXV* (1177) *kls. Marcii fundata est eccla. sce. Marie de Gradefes, abbatissa Taresia.* Sobre su mérito monumental ha informado el Sr. Saavedra (2).

14.

18 Agosto, 1179. Litigio sobre la tenencia de un molino en Santa Coloma, entre el prior Domingo y Nuño Fernández, sometido á la vista y juicio de hombres buenos, y terminado con buenos pactos en favor del Fernández y de Aldonza su mujer.—Archivo histórico nacional, *Escalada*, particulares, 5.

Orta fuit contentio inter dominum dominicum priorem sancti michaelis de scalada et munionem fernandi super quartam partem hereditatis sancte columbe. Dicebat enim prior quod hereditas supranominata erat sancti michaelis et volebat eam habere; e contrario munio fernandi respondebat *hereditas quidem sancti michaelis est, sed ego eam debeo in vita mea tenere, quia per scripturam eam ab antecessore vestro* (3) *et capitulo vestro possideo;* et hoc prior negabat. Tandem venerunt ante bonos homines ut iudicium acciperent; et fecerunt huiusmodi convenientiam inter eos quod munio fernandi haberet illam hereditatem in vita sua et daret in unoquoque anno decimas de ea illis exigentibus et venientibus pro eis. Quas si noluerit persolvere, liceat priori

(1) Obra citada, páginas 546-548.
(2) BOLETÍN, tomo XX, páginas 151 y 152.
(3) El prior Esteban.

et successoribus eius hereditatem suam sine aliqua contradictione recipere cum illa quam in presente adsignat et tradit, quoadusque decimaciones suas ei reddat. Talem enim convenientiam confirmant per scripturam inter se ut omnem hereditatem quam in illa villa habet sanctus michael et munio fernandi, tam de avolengo quam de acquisitione per medium in presenti pro termino firmissimo dividatur; et post mortem eius, medietas sit sancti michaelis; altera vero succedat uxori eius. In hac convenientia excipiunt unum molendinum, cuius medietas est sancti michaelis, que debet uxori sue in vita sua post mortem eius remanere, si forte contigerit eam super eum superstitem existere, pro qua in unoquoque anno debet sex *pixotas* siccas in principio XLe (1) persolvere, quas si noluerit reddere, medietatem molendini que sancti michaelis est, sine ulla contradictione priori vel cui ipse iusserit liceat recipere, illa vero reddente non perdat. Post mortem eius, sancti michaelis sit.

Facta carta [in er]a M.^a^ CC ^a^ X.^a^ VII.^a^ et quoto die XV k(alendas) septembris.

Qui [presentes fuerunt:]

Fernandus gundissalvi conf. Petrus gundissalvi conf. Isidorus lupi conf. Gundissalvus lupi conf.

Petrus notuit.

Ego munio fernand et uxor mea domna aldonza hanc cartam quam facere iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus ⁜

Siquis hanc cartam infringere temptaverit sit maledictus a deo et excomunicatus et cum iuda proditore in inferno dampnatus et insuper pectet huius carte vocem pulsanti D morabetinos et careat voce; et hec carta semper firma remaneat.

Esta carta está partida por A B C.

Como lo ha notado el Sr. Vignau (2), Santa Columba era un lugar con su monasterio hoy despoblado, en Ribarrubia dentro del coto de Sahagún. Suena en un documento de Sahagún (34)

---

(1) En el principio de la cuaresma debe dar seis pescadillas secas. Compárese el portugués *peixote*.

(2) *Cartulario de Sahagún*, pág. 670.

del 1.º de Mayo del año 974; y en otro del mismo monasterio (2423), fechado en 17 de Noviembre de 1348, que le da el nombre de *Sancta Coloma de pobladura.*

15.

Diciembre, 1179. Venta de una heredad en Moral de río Porma, otorgada por Rodrigo Díaz en favor del abad Martín y de su monasterio de Eslonza. Firman la escritura, notable por su valor histórico, dos canónigos de Escalada: el prior Domingo y Elías que le sucedió en el priorato.—Archivo histórico nacional, *Eslonza*, documentos particulares, 77.

Ha sido publicado este instrumento por el Sr. Vignau (1); y por esto, viene aquí solamente el remate:

«Facta karta vendicionis in Era Mª CCª XVIIª, et mense Decembrio, Regnante rege dompno Fernando cum filio suo dompno Adefonso in Legione Galletia Asturias Strematura. Comes urgellensis Maiordomus regis et tenente turres Legionis, Venerabili dompno Mauricio cathedram Legionis tenente.

Martinus abbas conf. Petrus Villanus prior (2) conf. Dompnus Gundisalvus conf. Rodericus Ponzardi conf. Iohannes prior conf. De sancto Isidro. Dompnus Gutericus canonicus conf. Dompnus Marcus conf.—*Dompnus Dominicus prior sancti Michaelis* conf. *Dompnus Helias canonicus* conf.—Dompnus Guterius Urguioso conf.—Gutericus Ruderici conf. Marcus Guterici conf. Urracha Martini eius cognata conf.

Petrus notuit.

Ego Rodericus Didaci hanc kartam venditionis, quam fieri iussi, propriis manibus roboro et confirmo, et signum facio ⁜»

El nombre del donador, Rodrigo Díaz, trae á la memoria el epitafio existente en San Miguel de Escalada y que dió pie al Sr. Quadrado para sentar una teoría transcendental en la historia del monasterio. Dice así (3):

---

(1) *Cartulario de Eslonza*, páginas 157 y 158.

(2) Prior mayor de Eslonza, que dependía del abad y se distinguía de otro menor.

(3) Obra citada, páginas 550 y 552. La intermedia es el dibujo de la perspectiva interior del templo.

«Debajo de la gastada y caduca torre, reforzada por gruesos estribos y sembrada sin orden de ventanas de medio punto, entre las cuales se distingue un ajimez arábigo, hay una puerta cuajada de escultura bizantina, sobre cuyo arco se lee: *XIII kls. sept. obiit Maria Didaci soror nostra* (1), inscripción que hace pensar si en algún tiempo fué *dúplice;* y en otra hundida estancia, que cae á la extremidad opuesta del pórtico, circuída por fuera de canecillos y cornisa de tablero, se descubren diferentes sepulcros. Yacen esparcidos por el suelo multitud de capiteles y ricas piezas de ataurique, bizantino más bien que árabe, figurando toscas aves y pechinas, fragmentos de partes ya arruinadas del edificio.»

Ni esta lápida, ni otro indicio que yo sepa, arguyen la existencia de un monasterio *dúplice*, ó de monjes y monjas, en Escalada. El título y las prerogativas de hermandad se daban á seglares, bienhechores de la Comunidad, que le entregaban algún haber de consideración y obtenían entre otras ventajas la de ser enterrados en lugar sagrado del monasterio (2). No son los que nombra *socios* la inscripción del año 913, porque estos no difieren de los *gasalianes* ó parceros de otras escrituras. Un calco de la inscripción de María Díaz decidirá el siglo en que tuvo lugar su fallecimiento.

Es notable la data (Diciembre 1179) del instrumento presente, porque indica que había fallecido la reina doña Teresa y que don Manrique era ya obispo (coadjutor) de León.

16.

Benavente, 20 Diciembre 1180. Nuevos privilegios concedidos al prior D. Diego y á su monasterio de San Miguel de Escalada por el rey D. Fernando II.—Archivo histórico nacional, Escalada, privilegios reales, 3.

☧ In nomine domini nostri iesuchristi, amen. Catolicorum regum est sancta loca et personas religiosas dirige(re) et honorare et eas in suo iure confovendo pro eorum meritis amplis ditare

(1) En 19 de Agosto murió María Díaz, nuestra hermana.

(2) Véase el documento 20.

muneribus et largis ampliare prerorativis, ut temporalia tribuendo eternam consequantur mercedem; et quod prestiterint, ne oblivione dampnum sequatur, scripti conservati memorie et renovacioni commendari decreverunt.

Iccirco ego rex domnus fernandus una cum filio meo rege dompno adefonso per scriptum donacionis perpetuo valituri do et concedo sancto michaeli *delascalada* (1) et vobis domno d(ominico) ipsius ecclesie priori et universo capitulo necnon et successoribus vestris pedagium sive portaticum de varga derei, et quod quecunque ad maxellam (2) non iverint et per aliam partem iuxta monasterium sancti michaelis transierint, portaticum dent huic monasterio; et hoc meum scriptum ratum abeatur et semper duraturum, et licet aliquando in regno meo incartacionem eveniat per mutaciones, quod facio et stabile confirmo nichil lesionis paciatur conmutandum vel auferendum, sed ista habeatis iure hereditario de ipsa regia voce aut aliter, ita quod ab ac die nemini liceat in oc portaticum intrare violenter seu inde aliquid auferre vel alienare. Hoc autem facio ob remedium anime mee et parentum meorum et pro officio dei, quod inde iugiter celebratis, cuius partem dono isto desidero promereri. Siquis igitur tam de meo quam de alieno genere istud meum factum spontaneum infringerit, iram dei omnipotentis ac regiam indignationem incurrat et cum iuda domini prodictore, datam et abirom quos vivos terra obsorbuit, inferno dampnetur, et pro ausu suo temerario quantum invaserit in quadruplum reddatur ecclesie vestre ac regie parti mille morabetinos in penam aponat, et si in alio hoc quidem portaticum per alium forte de mansela ceperit. Et ut hoc semper sit firmum, presens scriptum facio, quod tam regio meo robore quam meorum procerum supscriptionibus commoneo.

---

(1) Sic.—Según el Diccionario de la Real Academia Española el vocablo *lasca* es castellano anticuado y equivalente de *laja*, ó *lancha*, piedra llana. No está, de consiguiente, desprovista de razón probable la conjetura de suponer que el nombre primitivo, del que se formó *Escalada*, significa lo mismo que *Peralada (petra lata)* en Cataluña, y que lo mismo que *laja*, *lasca*, *lancha*, se denotó por el ibérico *Lancia*.

(2) Mansilla de las Mulas.

Facta carta benaventi x° III° kalendas ianuarii, era M CC^a X^a VIII^a, Regnante rege domno F(ernando) in legione, gallecia, asturiis et extremadura.

Ego rex domnus F(ernandus) una cum filio meo rege domno A(lfonso) hoc scriptum quod fieri iussi propria manu confirmo. (Rueda.) *Signum Fernandi regis Hispaniarum.*

Petrus sancte ecclesie compostellane archiepiscopus confirmat. —Manricus legionensis episcopus conf.—Rodericus ovetensis episcopus conf.—Bertrandus tudensis episcopus conf.—Adefonsu auriensis episcopus conf.—Rabinaldus minduniensis episcopus conf.—Fernandus astoricensis episcopus conf.—Berti[andus] zemorensis episcopus conf.—Vitalis salamantinus episcopus conf.—Petrus civitatensis episcopus conf.—Arnaldus cauriensis episcopus conf.—Rodericus lucensis episcopus conf.

Comes urgellensis, regis maiordomus conf.—Fernandus poncii comes conf.—Gumus comes in trastamero conf.—Adfonsus ramiri comes conf.—Guter roderici tenens asturias conf.—Fernandus arie conf.—Fernandus vele conf.—Poncius vele conf.—Fernandus comes de benavente conf.—Pelagius tabladelli conf.

Ego bernardus domini regis notarius per suum mandatum et de manu p(etri) de lorare, hodierni regis cancellarii, scripsi et confirmo.

En una escritura (105) del monasterio de Eslonza, publicada por el Sr. Vignau, la fecha (7 Enero, 1182) se significa también por el *correinado* de Alfonso IX: *regnante rege Fernando cum filio suo rege Alfonso in legione, Gallecie, Asturiis, Extremadure.* No creo deba entenderse en sentido de asociación estricta de poder, sino de honor, en la manera que nombran los diplomas contemporáneos la reina, esposa del monarca, si ésta viviera. Fernando II enviudó de doña Teresa Fernández á principios del año 1180, y tardó algunos años en contraer nuevas nupcias con doña Urraca de Haro.

Es además importante este regio diploma, como ilustrativo de los episcopologios de León y de Lugo, que expuso Risco en los tomos XXXV y XLI de la *España Sagrada.*

17.

Verona, 9 Enero 1184 ó 1185. Bula inédita de Lucio III indicada por Loewenfeld bajo el número 15.345. Otorga al abad y convento de San Rufo que en las iglesias parroquiales de su congregación, señalen tres ó cuatro religiosos, de los cuales uno reciba del obispo al curato y le dé cuenta de lo espiritual; y juntamente asegure los emolumentos de lo temporal á la Orden y observe su regla.—Archivo histórico nacional, *Trianos*, documentos eclesiásticos. Es un traslado auténtico de la bula original, sacado en Valencia sobre el Ródano y autorizado por el provisor Durando Champel en lunes, 12 Enero 1372.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis... Abbati et Conventui sancti Ruphi salutem et apostolicam benedictionem.

Iustis petentium desideriis facilem nos convenit prebere assensum, et vota que a rationis tramite non discedant effectu prosequente complere. Eapropter predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, auctoritate vobis apostolica indulgemus ut in ecclesiis parrochialibus que ad vos spectant quatuor vel tres de fratribus constituere valeatis, quorum unus, de manu episcopi animarum curam recipiat ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat et ordinis observantiam respondere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere et ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Verone, quinto Idus ianuarii.

Esta bula viniendo á España y comunicándose al priorato de San Miguel de Escalada, sujeto á la abadía de San Rufo, debió suscitar complicaciones con el obispo y su cabildo de León, que se zanjaron en 1195.

18.

Tordehumos, 18 Octubre 1185. Diploma del Rey D. Alfonso VIII de Castilla.—Archivo histórico nacional, *Escalada*, privilegios reales, 4.

✠ Notum sit presentibus et futuris quod ego Adefonsus dei gratia Rex castelle et toleti una cum uxore mea alienor Regina et cum filia nostra infantissa Domna berengaria dederam olim (1) domne terasie abbatisse monasterii de gradefes et eidem conventui infantaticum quod ego habebam in villa cresses et rengalengum quod habebam in bustello et villam que dicitur tordellos in concambium pro villa vera quam a predicta abbatissa domna terasia et ab eius conventu recepi, et eandem concilio castri maioris dedi. Postea vero prefata abbatissa vendidit (2) prenominatas tres hereditates, quas a me prescripto modo habuerat, Domno tello petri et misit eum in illas. Hanc itaque emptionem ratam habeo et confirmo, et una cum uxore mea alienor Regina et cum filia mea infantissa Domna berengaria supradictas tres hereditates, videlicet villam que dicitur tordellos et infantaticum de villa cresses et rengalengum de bustello vobis domno tello petri et uxori vestre Domne gontrodo et filiis et filiabus vestris et omni successioni vestre concedo et confirmo iure hereditario habendas et irrevocabiliter possidendas, ad faciendum de eis quicquid volueritis dando vendendo concambiando inpignorando vel quidlibet aliud faciendo. Siquis vero hanc cartam infringere vel diminuere presumpserit, iram dei omnipotentis plenarie incurrat et insuper regie parti Mille aureos in cauto persolvat, et damnum quod vobis intulerit dupplatum restituat.

Facta carta apud oterum de fumis. Era M.ª CC.ª XX.ª III.ª, X.° V.° kalendas novembris.

Et ego Rex A. regnans in castella et toleto hanc cartam manu propria roboro et confirma.

---

(1) En Agosto de 1171.

(2) En Septiembre de 1182.

(Rueda.) En el centro ⁜.—En la orla: *Signum Adefonsi regis Castelle.*—Debajo: Rudericus guterrez maiordomus curie regis conf.—Didacus lupi alferiz Regis conf.

Gundissalvus toletane ecclesie archiepiscopus et hyspaniarum primas confirmat.—Iohannes conchensis episcopus conf.—Garsias oxomensis episcopus conf.—Dominicus abulensis episcopus conf.—Gundissalvus secobiensis episcopus conf.

Comes petrus conf.—Comes ferrandus conf.—Didacus xemeniz conf.—Gomez garsie conf.—Petrus garsie conf.—Petrus ferrandi conf.—Alvarus roderici conf.—Lop diaz merinus regis in castella conf.

Magister mica Regis notarius, Guterrio roderici existente cancellario, scripsi.

En el cartulario de Sahagún (art. 928) existe, fechada en 14 de Marzo de 1184, el acta de «venta otorgada por Teresa Pérez, abadesa de Santa María de Gradefes, María García priora y monjas de este monasterio en favor de Tello Pérez y su mujer Guntrodo García, de una heredad en Villagarcía, en precio de setenta maravedís (de oro).

D. Tello Pérez y su mujer Guntrodo trataban entonces de afianzar con cuantiosas rentas la fundación de la colegiata de Trianos, coto redondo en el partido judicial de Sahagún. Ya se ha visto cómo en 1177 se comenzó la obra del templo de Santa María de Gradefes, siendo abadesa doña Teresa Pérez; y es de creer que para continuarla y llevarla á término se hicieron las enajenaciones sobredichas.

Véase el documento **21**, que se completa y explica por el presente.

19.

1187. Donación de sus bienes dotales, sitos en Villamoros de Mansilla, que hizo doña Sancha Rodríguez en sufragio del alma de García Álvarez, su difunto marido, á Elías prior de Escalada.—Arch. hist. nac., *Escalada*, particulares, 6.

In dei nomine. Ego Sanctia roderici facio cartam de meis arris, quas habeo in villa moros, que villa iacet super ripam fluminis Estola, deo et ecclesie sancti michaelis de Scalada, priore exis-

tente in eadem ecclesia Elia cum fratribus suis, ob remedium animę dilecti mariti mei Garsie alvari, ut deus omnipotens omnibus beneficiis que ibi facta fuerint partem salutarem concedat ipsi marito meo dilecto Garsie alvari; ipsam inquam hereditatem quam habeo de meis arris in predicta villa moros, quas dedit mi(hi) dilectus meus maritus Garsias alvari, do et concedo deo et ecclesie sancti Michaelis, sicut iam diximus, et priori Elię cum fratribus suis tam presentibus quam futuris ut habeant et possideant in eternum, et faciant de ea quicquid voluerint. Integraliter autem eam sibi habituram concedo, tam illam que est de suppignoratione vel de ganantia, quam illam que est de venditione et de avolengo, ut eam ex integro possideant cum exitu et regressu, cum divisa, cum pascuis et fontibus, cum molendinis et molendinariis, sicut melius et sanius intelligi potest. Hoc autem facio cum consensu et assensu Marie alvari, germanę prefati Garsie alvari. Si quis autem vir vel mulier ad disrumpendum hoc scriptum venerit, quisquis ille vel illa fuerit, sit excomunicatus et cum iuda proditore in infernum dampnatus, et pectet ex parte regis pulsanti vocem Mille aureos, hereditate duplata vel triplata in tali vel meliori loco.

Facta carta sub Era Mill(esima) cc.ª xxª vª, Regnante Rege domno Fernando una cum uxore sua Regina domna Urraca, in legione, Gallecia et Asturiis et Estramadura, Episcopo in sancta maria domno Maurico, Alferez regis Garsia lupi.

Didacus lupi confirmat.—Alvaro aprilis conf.—Goterius Fernandi conf.—Fernandus alvari conf.—Rodericus diez conf.—Rodericus suarez conf.

Dominicus testis.—Petrus testis.—Martinus testis.

[Elias, ecclesię sancti michaelis prior, notuit et confirmat.]

El pergamino está recortado por el lado inferior. Es autógrafo del prior Elias, como lo muestra el documento siguiente.

La reina, doña Urraca, tercera mujer de Fernando II era hermana de D. Diego López de Haro, que firma en primera línea entre los magnates. No consta bien el año del matrimonio, que debió ser hacia el 1185 (1); pues tuvo dos hijos, Sancho y García,

(1) Flórez, *Reinas católicas*, tomo I, pág. 333.

antes que espirase el rey en Benavente á 22 de Enero de 1188.

Muerto el rey, fué arrojada ignominiosamente la viuda por el entenado, Alfonso IX; el cual rehabilitó á su propia madre, doña Urraca de Portugal, que se había retirado á un monasterio de religiosas de la orden militar de San Juan. Restituyóle el nuevo monarca el título de reina, como lo prueban el documento siguiente (**20**) y otro del mismo año, aun más expresivo, que cita Flórez (1).

20.

1188, después del 22 de Enero. Donación de riquísimas heredades, que hizo al prior Elías y á su monasterio de Escalada Gutierre Fernández bajo ciertas condiciones.—Archivo histórico nacional, *Escalada*, documentos particulares, 7.

XPS. In dei nomine. Ego Goterius Fernandi facio cartam de medietate universe hereditatis mee, quam ex patrimonio sive ex comparatione vel etiam ex ganantia habeo, deo et ecclesie sancti michaelis de scalada et priori domno Elie cum fratribus suis ut, et dum vixero corporalem ibidem habeam sustentationem, et cum, deo iubente, de hoc seculo migravero, *fratris* michi debitum persolvant. Reliquam vero medietatem filiabus et nepotíbus meis relinquo, qui etiam hanc oblationem, quam predictę ecclesię sanĉti michaelis facio, spontanea voluntate concedunt et propriis manibus roborant.

Filię siquidem meę, domnę Lupę, dum vixero, in eadem ecclesia rationem dare tenebuntur; et dum rationem ei dederint, tocius hereditatis sue portionem integraliter habeant. Post mortem vero meam sibi rationem dare, nisi voluerint, minime tenebuntur. Si autem ipsa domna Lupa ante me transierit, vel in vita mea recedere a me voluerit, aliquem qui michi serviat, dum vixero, de eadem ecclesia dare tenebuntur.

Ipsam, inquam, medietatem integraliter, ubicunque sit, prefatę

(1) *Reinas católicas*, tomo I, pág. 326.

ecclesię et fratribus in eadem moraturis vel morantibus do et concedo ut habeant et possideant ab hoc tempore in ęternum, et de ea quicquid voluerint faciant; que hereditas in his villis et locis continetur, videlicet in vega, in cremanes; in valle bona, in secadès, in rego de vilia, in valle de senta; prata de la serna: in Acisa, in valle semana, in valle por[qu]eiro, in valle de lobo, in sancto fichores, in villa moratel, in poblelos, in valiselo; terras de granieiras, in mansellelia et in mansella maiore, in cendenianas. Hec siquidem omnia predicte ecclesie sancti michaelis de scalada, sicut superius scriptum resonat, offero ob remedium animę meę et parentum meorum et dilecte uxoris mee domnę Sanctię (1) cum exitu et regressu, cum oliveris, rivis et molneriis, cum pascuis et pratis, cum fontibus et montibus, sicuti melius et sanius intelligi potest.

Siquis vero, sive ex meis sive ex extraneis ad disrumpendum hoc scriptum meum venerit, sit maledictus et excomunicatus et cum iuda proditore in ęternum dampnatus, et pectet ex parte regis pulsanti vocem Mille aureos, hereditate duplata vel triplata in simili vel meliori loco.

Facta carta oblationis sub Era Millesima cc. xx. vi, Regnante Rege domno Adefonso, una cum matre sua Regina domna Urracha in Legione, Gallecia, Asturiis et Estremadura; Episcopo in sede sancię marie existente domno Manrico; Maior domus regie Monio fernandi; Roderico suarez tenente turres legionis.

Comes Gomez confirmat.—Comes fernandi conf.—Froila ramiri conf.—Petrus pelagii conf.—Goterius fernandi conf.—Rodericus diez conf.

Ego Goterius fernandi hanc oblationem deo et ecclesie sancti michaelis concedo et propria manu roboro ⁜

Elias, ecclesię sancti Michaelis prior notuit et confirmat.

---

(1) Ya difunta.

21.

Letrán, 1.º de Octubre de 1194. Bula original é inédita de Celestino III, dirigida al abad Esteban, haciendo exenta la colegiata de Santa María de Trianos, á petición del rey de Castilla.—Archivo histórico nacional, *Trianos,* documentos eclesiásticos, 3.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Stephano abbati et canonicis ecclesie sancte Marie Trianen(sis) regularem vitam professis salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolica sedes cui, auctore domino, presidemus, sinceritatem eorum qui sibi devoti et fideles existunt, tanquam pia mater clementer attendit, et eorum precibus, quas pietate niti et iusticia contemplatur, favorabilem impertitur assensum. Sane intelleximus quod novella sit plantatio ecclesie vestre et pro viribus intendatis ut ecclesia ipsa in fundum vestrum alium in melius transmutetur. Scripsit autem karissimus in christo filius noster Adefonsus Rex Castellanorum illustris et dilectus filius noster, nobilis vir, Tellus patronus ecclesie memorate, preces nostro apostolatui humillimas porrigendo, ut predicte ecclesie privilegium aliquod indulgere velimus, et eam specialis nostre protectionis clipeo communire.

Nos igitur, considerantes quam devotus a progenitoribus suis predictus Rex et fidelis ecclesie Romane persistat, attendentes etiam et advertentes ex veridica relatione multorum quomodo antefatus nobilis Tellus ecclesiam vestram ditaverit et habeat fixum propositum in tempore futuro ditandi, et ipsam nunc affectet, assentiente prefato Rege, Romane ecclesie specialiter subiugare; ipsam ecclesiam vestram cum pertinentiis omnibus et possessionibus suis tam a Legionensis episcopi quam aliorum quorumlibet, de fratrum nostrorum consilio, eximimus potestate, et in ius et propietatem Romane ecclesie, presentium auctoritate recipimus. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, benedictiones abbatum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo si quidem catholicus fuerit et gratiam atque

communionem apostolice sedis habuerit et ea vobis gratis voluerit et sine pravitate ac difficultate aliqua exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fultus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violencia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars maioris et sanioris consilii secundum deum et beati Augustini regulam providerit eligendum. Ad indicium vero huius recepte a sede apostolice libertatis, ecclesia vestra nobis et successoribus nostris tres bizancios annuatim exolvet.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel oblatas retinere minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis et exemptionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi erratum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri iesu christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant.

Datum Laterani kalendis Octobris Pontificatus nostri Anno Quarto.

Falta el sello de plomo que colgaba de los agujeros.

Precedente á esta bula es un rescripto original, pieza separada en el mismo archivo de Trianos (1), que el cardenal Gregorio,

---

(1) Documentos eclesiásticos, 2.

legado de Celestino III en los reinos de España, expidió en Burgos á 2 de Junio de 1194 (1):

Gregorius, dei gratia sancti angeli diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto filio stephano abbati sancte marie de trianis et successoribus eius in perpetuum.

Attendentes devocionem et fidem quam erga romanam ecclesiam et nos ipsos geritis, vestris iustis postulationibus libenter annuimus et ecclesiam sancti michaelis de melgari superiori cum possessionibus et pertinenciis suis vobis auctoritate qua fungimur confirmamus et in perpetuum vobis habendam concedimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, indignationem dei et beatorum apostolorum petri et pauli et nostram se noverit incursurum.

Datum burgis IIII nonas iunii.

Sospecho que el abad Esteban, á quien van dirigidos el rescripto del legado Gregorio y la bula solemne de Celestino III, sea el mismo que fué prior de Escalada en 1177.

22.

6 Enero 1195.—Repoblación en Rueda del Almirante. Transacciones del concejo con el arcediano de León y el prior y monasterio de San Miguel de Escalada.—*España Sagrada,* tomo XXXV, páginas 257 y 258.

«Por escritura (2) del año de 1195 se sabe que el rey D. Alonso pobló la villa de Rueda, y que se movió cierto pleito entre los pobladores y D. Rodrigo, arcediano de León, acerca del sitio de la villa y de otras varias heredades propias de la catedral Legionense. Conviniéronse las partes en que, además de la iglesia que estaba ya hecha, se edificasen otras dos, quedando aquella en el dominio de la catedral y estas fuesen de los pobladores, con la condición de que pagasen las tercias á Santa María de León; y que si el obispo y el arcediano daban su licencia para que los

(1) Véase el BOLETÍN, tomo XXVI, pág. 365.
(2) En el archivo de la catedral.

canónigos de San Miguel de Escalada fundasen iglesia en aquel lugar, los diezmos y parroquianos se dividiesen en cuatro partes (1). Consta por la misma escritura que el arcediano tenía vasallos en la referida villa y en Valdealiso; lo que es prueba de haber sido esta dignidad muy sobresaliente en aquel tiempo. Fué hecho este instrumento, á 6 de Enero, *regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia, in Asturiis et Extremadura; domno Manrico in Legione episcopante, Roderico Ordonii turres Legionis tenente et maiorino Regis existente, Garsia Telli Rotam tenente.*»

23.

1195. Carta, partida por A B C. Convenio entre el prior D. Salamando y su comunidad de San Miguel de Escalada con el concejo de Rueda.— Arch. hist. nac., *Escalada*, documentos particulares, 8.

XPS. In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus hominibus tam futuris quam presentibus quod ego salamandus, prior sancti michaelis de scalada cum communi consilio fratrum nostrorum vobis concilio de roda facio cartam concambiationis de hereditate illa quam habemus supra domum de antigua. Hereditas ista sic determinatur: de prima parte dividit via publica de prada anaa, et per *moiones* usque ad rivum; de secunda parte terminatur ab ipso flumine de *esla;* de tercia parte vinee de castro roda; de quarta *la vega* de roda. Hereditatem istam sic determinatam concambiamus vobis cum tali conditione quod de omnibus fructibus quos ibi habueritis, domus sancti michaelis de scalada omnes decimas habeat; et vos per istam concambiacionem datis deo et domui sancti michaelis de scalada unam ecclesiam in roda secundum *forum de maiorica* (2). Si quis igitur contra hoc scriptum ad

---

(1) Esta cláusula del texto latino transcribió Risco en el tomo XXXVI, pág. 312: «Ita tamen quod si canonici sancti Michaelis de Escalada ex iam dicto archidiacono possent impetrare quod ibi construerent ecclesiam, in quatuor partes dividentur decime et parrochiani.»

(2) La *Colección de fueros y cartas-pueblas de España*, publicada por nuestra Academia en 1852, no hace mención del de Mayorga, que debió ser antiguo.

disrumpendum venerit sit maledictus et excommunicatus et cum datan et abiron, quos terra vivos obsorbuit, penas in inferno luat sevissimas; et insuper, quantum inquietaverit dupplet, et regie potestati C^m^ morabetinos persolvat et perdat vocem; et hoc scriptum usque in perpetuum maneat valiturum.

Facta ordinacione concambiacionis sub era M.ª CC.ª XXX.ª III.ª, Regnante Rege adefonso in legione et in gallecia, asturiis et extrematura; Manrico episcopo in legione; Maiorino regis rodrigo ordonez de roules; Maior domus fernandus garcie; tenente roda garcia tellez.

Ego iam supradictus prior salamandus sancti michaelis de scalada una cum fratribus meis hanc cartam roboro et confirmo et signum facio ⁜. — Nos vero *alcaldes* de roda pelao cosini et iohannes dominici cum omni concilio de roda scripta ista roboramus et confirmamus et signum facimus ⁜.

Fernandus iohannis me notuit.

24.

Epílogo. Nuevas inscripciones. Teoría de Risco y Quadrado, modificada. Catálogo de los abades y priores de San Miguel de Escalada hasta principios del siglo XIII.

He levantado una punta del velo, que nos encubre la historia romana y visigótica de *Lancia*, no menos digna que *Numancia* de figurar en los anales de nuestra historia nacional. Ya sostuvo el preclaro Flórez (1) que la situación de la gloriosa ciudad, orillas del *Astura* (Ezla), que se resistió hasta el último trance al poder de Augusto y del legado imperial Carisio, ha de buscarse en donde el Itinerario de Antonino coloca la estación de *Lance*, y Dion Casio la ciudad de Λάγκια, *Lancea* de Floro y Λαγκιάτοι de Ptolomeo, así nombrada por este geógrafo del siglo II, quizá porque en su tiempo hubo en el cerro de Lancia dos poblaciones, una militar, sobre la cumbre, donde está el monasterio de San

(1) *España Sagrada*, tomo XVI, pág. 16.

Miguel guarnecida por un destacamento de la legión VII gémina, y otra en los valles, hoy representada por el lugar de Valdavasta y el de Escalada, como arriba se vió. La inscripción de los ladrillos legionarios, que sirvieron para la edificación del templo de San Miguel en el siglo X y fueron sellados en el promedio del III, no es la única en atestiguar la existencia de la heroica ciudad, abrasada y reconstruída por los romanos. La del soporte de uno los capiteles del templo, no es visigótica, aunque lo parece á primera vista en razón de la figura de una cuarta parte de círculo, que toma en ella la D, semejante al delta, teniendo por lado derecho el arco en vez de la cuerda.

Esta forma paleográfica de la D se introdujo en el siglo IV y se frecuentó en el V, aunque también se usó en los siglos VI y VII (1). Por fortuna el Sr. Saavedra nos dice que conserva el dibujo que hizo de la piedra original, y nos lo franquea. La inscripción es pagana y probablemente del siglo IV ó del siguiente; pues no repugna que en España durante esta época quedasen vestigios del culto idolátrico. En la primera línea de la inscripción leo con toda claridad:

[M]ontani uxor h(ic) s(ita). S(it) t(ibi) [t(erra) l(evis)].

... mujer de Montano, aquí yace. Séate la tierra ligera.

Es evidente que falta el nombre de la difunta, contenido en uno ó más renglones, que fueron recortados del cipo para labrar el capitel. Debajo siguen once renglones, en parte maltratados por los golpes que padecieron, y en gran parte ocultos por el fuste de la columna; pero muestran lo suficiente para pensar que constituían una endecha poética puesta en boca de Montano. Doy suplementos conjeturales.

---

(1) Hübner, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, números 44, 60, 61, 172, 175.

[O mihi] ter cara! na[tos,] si vi[nceret] aet[as,]
[Fecu]nd[o saltem poteras educere] lus[tro].
[At fac]ilis t[e illapsam abduxit rivus] aqua[rum]
[Dulcis] amica, [tuam conatus abicere] vitam.
....m..is..h.....o
....lur d.....vite
....liber.....t ori
....or.....quum
....ur.....am
....[p]ure de corde iugali. Cum erigi
... ..tit uxori..... .....

Los ríos Ezla y Porma, que reflejaron el incendio y vieron rodar hacia su cauce las primeras ruinas de la celebérrima Lancia, fueron una y otra vez testigos, andando el tiempo, de semejante catástrofe. En el año 457 los visigodos, acaudillados por Teodorico, saquearon y destruyeron la ciudad de Astorga, y en su marcha por León y Valencia de Don Juan hacia Palencia dejaron cubierto el suelo de cadáveres y manchado de profanaciones. León se respetó por romana; Palencia y Astorga perecieron; y de las llamas que consumieron la primera acaban de salir á luz evidentes señales. Valencia de Don Juan, ó Coyanza, no obstante su fortaleza, que parecía inexpugnable, se salvó como por milagro (1).

Si después de este estrago volvió Lancia á levantar cabeza durante la época visigoda, no consta con seguridad; pero lo hace presumir la inscripción de las reliquias (**1**), cuya impronta he pedido al Sr. Díaz Jiménez. Hasta la repoblación que se hizo por Alfonso III del *castro Sublancio* (Rueda del Almirante?), todo el terreno histórico está sembrado de cuestiones, que están llamadas á despejar y resolver los epígrafes, conforme se vayan descubriendo.

---

(1) Crónica de Idacio sobre este año, pág. 30, en la edición de Mommsen, *Chronica minora saec.* IV. V. VI. VII. Berlín, 1894.—La reducción del *castrum Coviacense* á Valencia de Don Juan se prueba así por el nombre del lugar, como por la dirección de la vía romana y la distancia de 30 millas, contadas desde León, que asigna Idacio. Notemos de paso que su expresión «*Camporum loca vastantur*» indica la tierra de Campos, donde penetró Teodorico después que pasó el Ezla por el puente de Villarente.

A partir del siglo x caminamos ya sobre pie seguro. A la luz de los documentos y monumentos hemos visto desfilar con los actos y las obras los nombres de los abades del monasterio benedictino, Alonso (años 905?-913), Recesvindo (940), Sabarico (1047-†25 Octubre, 1059), Pascasio (14 Octubre, 1077) y Suero Álvarez (15 Junio, 1088). La lista dista mucho de ser completa; pero en medio de tan profunda obscuridad como ha reinado hasta ahora, no deja de ser considerable el descubrimiento, augurio de otros mayores. En el siglo XII se verificó la transformación de la abadía benedictina en priorato de canónigos reglares de San Agustín, adscritos á la abadia de San Rufo de Aviñón. Risco (1) y Quadrado (2), faltos de documentación suficiente, achacaron el traspaso á la emperatriz Doña Berenguela; pero ya sabemos que todo ello fué obra (16 Diciembre, 1155) de la infanta Doña Sancha, hermana de Alfonso VII. Los priores, de los que nos han dado noticia las escrituras del siglo XII, son: Domingo (1158), Ponce (1173), Esteban (1177), Domingo (1179, 1180), Elías (1187, 1188) y Salamando (1195). Documentos de primer orden, como el histórico de la destrucción de León por Almanzor (988), el de los fueros antiguos de Escalada (1173) y el de la exención de la abadía de Trianos (1194), deben ser aliciente para llevar adelante la investigación desde el siglo XIII hasta nuestros días. Mejor que las abadías de San Isidoro de León y de Santa María de Trianos, el priorato de San Miguel de Escalada, cuya comunidad subsistió hasta los primeros años del siglo XVII, tiene interés histórico internacional de estrecha unión ó mutuo interés y cordial fraternidad entre España y Francia (3).

Madrid, 19 de Noviembre de 1897.

FIDEL FITA.

---

(1) *España Sagrada*, tomo XXXV, pág. 312.

(2) Obra citada, pág. 550.

(3) Véase la bula de Inocencio III, fechada en 6 de Mayo de 1206, que registra Potthast bajo el núm. 2768. Reseña todos los prioratos españoles que á la sazón poseía la abadía de San Rufo, muchos y de gran cuenta, y entre ellos el de San Miguel de Escalada, cuyas posesiones enumera.